

CLERI
CATI
DECISION
SACRAM
T. I.

BX1935
.C5
1740
v.1
c.1



1080045158

DECISIONES
 SACRAMENTALES
 Theologiae Canonicae, & Legales
 JOHANNIS CLERICATO
 IN THEOLOGIA SACRAMENTORUM
 PARS PRIMA DE SACRAMENTO
 MATRIMONII
 Pars Prima
 Theologiae Canonicae, & Legales
 Londini, apud
 J. B. de Hondt, 1711.

230



**DECISIONES
SACRAMENTALES**

Theologicæ, Canonicae, & Legales,

AUCTORE

**JOANNE CLERICATO
PRÆPOSITO PATAVINO,
JURIS UTRIVSQUE DOCTORE.**

OPUS

**Tres in Tomos, novemque
Libros digestum.**

B3-1935

65

1740

N. 1



DECISIONES

SACRAMENTALES

Theologice, Canonice, & Legales

AUCTORE

IOHANNI CLERICATO


PRÆPOSITO PATAVINO,


JURIS UTRIUSQUE DOCTORE.

OPUS

Tres in Tomos, novempage

Libros digestum.





DECISIONES SACRAMENTALES

Theologicæ, Canonicæ, & Legales,

I N Q U I B U S

Tota materia Sacramentorum, Theologiæ Moralis, Juris Canonici,
& Quæstiones plurimæ Juris Civilis traduntur, explicantur, &
dilucidantur, Eruditionibus, Historiis, & Exemplis adornatæ;

A U C T O R E

**JOANNE CLERICATO
PRÆPOSITO PATAVINO,**

JURIS UTRIUSQUE DOCTORE,

Olim in Curia Episcopali Patavina Advocato, & Promotore Fiscali, deinde
Auditore, ac demùm sub Regimine Eminentiss. ac Reverendiss. S. M.

GREGORII CARDINALIS BARBADICI

EPISCOPI PATAVINI Vicario Generali.

O P U S

Episcopis, Vicariis, Parochis, Confessariis, aliisque
Studiois utile, ac jucundum;

TRES IN TOMOS, NOVEMQUE LIBROS DIGESTUM;
quorum tenor, in eorum Indice, in sequenti Pagina demonstratur.

TOMUS PRIMUS.



ANCONÆ MDCCXL.

SUMPTIBUS ANDRÆ POLETI,
TYPOGRAPHI VENETI.

DECISIONES

SACRAMENTALES

Theologicae, Canonicae, & Legales

Tota materia sacramentalium, Theologiae Moralis, Juris Canonici, & Quae ad hanc pertinent, Civilis traduntur, explicantur, & discutuntur, Evidentibus, Historicis, & Excerptis auctoritate;

JOHANNIS CLERICATO

PRÆPOSITO PATAVINO

OMNIA IN CURIA EPISCOPI PATAVINI ADVOCATIO, & PROMOTORE FISCALI, DEINDE AUDITORE, ac DEINDE REGIMINE MINISTRIS ac REVERENDIS S. M.

GREGORII CARDINALIS BARBADICI

EPISCOPI PATAVINI Vicario Generali

TRIS IN TOMOS, NOVEMQUE LIBROS DISTINCTUM

TOMUS PRIMUS



LINGONAE MDCCXI

Typographi Veronesi

I N D E X

Tenoris Decisionum, ac Materiarum, quae in sequentibus novem Libris continentur.

LIBER PRIMUS,

IN quo de Sacramentalibus, de Sacramentis Baptismi, Confirmationis, & Extremæ Unctionis, habentur Decisiones LXXXII.

LIBER SECUNDUS,

In quo de Venerabili EUCHARISTIÆ SACRAMENTO Decisiones LXII.

LIBER TERTIUS,

In quo de Sacrificio Missæ Decisiones L.

LIBER QUARTUS,

In quo de Sacramento Pœnitentiæ Decisiones L.

LIBER QUINTUS,

In quo de Sacramento Ordinis Decisiones XL.

LIBER SEXTUS,

In quo de Sacramento Matrimonii Decisiones XL.

LIBER SEPTIMUS,

In quo Erotemata totius Theologiæ Moralis in Cap. CLII.

LIBER OCTAVUS,

In quo Via Lactea, idest Institutiones Juris Canonici, totum Jus Canonum edocentes, in Libr. 4. cum suis Titulis.

LIBER NONUS,

In quo de Delictis, ac Peccatis. De præcipuis Contractibus Juris Civilis, de Usuris, de Censibus, de Cambiis, de Livellis, aliisque Materiis Legalibus, & Casibus Prudentialibus differitur in Decisionibus CLVIII.

num. 5. ubi unus, vel alter eorundem Planetarum benignè respiciat nascentis initium, copiosè influit in ipsum partum vitales qualitates prædictas, ob realem habitudinem, & respectum ad locum, unde cœpit vires suas exserere. Hujuscemodi observationes, nascentibus hominibus, non me latet à pluribus doctis viris tamquam nugaces parvipendi: At ego pro certo scio, & compertum habeo, in harum Decisionum ortum, decem ab hinc annis, EMINENTIAM VESTRAM, hic Patavii in egyptica Episcopii hospitantem, uti SOLEM Catholicæ Ecclesiæ splendidissimum humaniter influxisse; illas enim tunc è typographia Seminarii editas, & ad lucem egressas VESTRA EMINENTIA in manus placidè excepit, comiter legit, benignè laudavit, ac benedixit, & una cum aliis heroicis operibus Eminentissimi, ac Reverendissimi D. D. GREGORII CARDINALIS BARBADICI Antistitis vigilantissimi, ac Heri mei Venerabilis, hæc studia ejus Cleri, humilitati meæ commendata, sereno vultu suspexit, approbando fecit vividas, vivificando felicitavit. Tanti Ascendentis non fefellit principium; nam ubique hi litterarii labores Studiosis grati extitere, & tanta aviditate petiti, & coempti, ut ad secundam hanc eorum editionem necesse fuerit devenire, adaucto opere, non solum argumentis, summariis, & doctrinis; sed etiam novo tractatu de Sacramento Extremæ Unctionis; cui, extremis annis prælibati fui Antistitis, Clerus Patavinus studuit.

Quemadmodum, igitur, EMINENTIA VESTRA radiis humanissimæ benignitatis suæ Horoscopum Decisionum harum ab initio fovit, & aluit, ita secundum earum partum splendoribus suæ eximie Pietatis, ac Auctoritatis ne dedignetur qualificare, & tueri; unaque cum ipsis obsequium, ac reverentiam meam; quibus Celsitudinem animi, & Latitudinem cordis EMINENTIÆ VESTRÆ veneror, & Sacræ Purpuræ deosculor extremitatem.

Patavii Cal. Junii MDCCIII.

AUCTOR

AUCTOR

AD VEN. CLERUM PATAVINUM,

Et ad Studiosos Lectores.

Litterarii labores Vestri, quibus præsentis Decisiones fulciuntur, aded grati, & proficui facti sunt aliarum Diocesum, etsi valde distantium, Studiosis, ut, ad eorum enixis petitionibus satisfaciendum; necesse fuerit ad novam hanc impressionem procedere, & Decisionibus ann. 1687. & 1688. editis, addere tractatum Extremæ Unctionis, cui anno 1692. Vos studuistis. At circa præsentem librum de tribus Vos monitos facio. Unum est, quod ipsum reperietis ornatum Argumentis, ac Summariis præviis ad quamlibet Decisionem, nec non Indice generali in fine, ut facilis qua ex abrupto requiruntur, reperiantur. Alterum concernit additiones, quibus Casus de Sacramentis in genere, de Sacramentalibus, de Baptismo, ac de Confirmatione adaucti sunt, tum quod ad doctrinam; tum quod ad formam; siquidem sub distinctis Decisionibus redditi sunt ornatiores. Tertium versatur circa unionem horum trium Sacramentorum Baptismi, Confirmationis, ac Extremæ Unctionis; de facili enim aliquis vestrum mirabitur, & forsitan lamentabitur, quod post Confirmationem agatur de Extrema Unctione, cum juxta praxim Parochorum, prius Pœnitentiæ, deinde Eucharistiæ, demùm Unctionis Extremæ Sacramentum ministraretur? Porro rationabilem esse explicationem unitim factam Baptismi, Cbrismatis, ac Olei Sancti, contendo, ex Ritu Sanctæ Matris Ecclesiæ, quæ simul, eodem die, ac actione consecrando præparat, & præparando consecrat materiam horum trium Sacramentorum; videlicet in Missa Solemni Ferie Quintæ in Cœna Domini, in qua Episcopus Olea Sacra sanctificat, tum pro inungendis scapulis, & vertice puerorum in Baptismo, tum pro eorum fronte in Confirmatione signando, tum etiam pro sensibus Infirmorum periculosè decumbentium liniendis. Quod si hæc explicatio de Extrema Unctione visa vobis fuerit incongrua, ed quia anteponatur Decisionibus de Venerabili Eucharistiæ Sacramento, (quæ prodierunt in lucem anno 1697.) legite Decisionem LXXXI. & scietis, olim fuisse in usu, apud fideles, prius recipere Extremam Unctionem, deinde Viaticum Sacrum. Igitur consueta comitate Vestra librum hunc cum aliis nostris excipite, & diu, feliciterque valete.

STU-

STUDIOSO LECTORI

Andreas Poleti.



Alis ac tanta est cum Pietatis, tum Doctrinae atque eruditionis existimatio, quam jure merito apud omnes, praesertim Litteratos, Virosque dignitatibus insignes, suis dictis, scriptis, ac gestis sibi adquisivit Illustrissimus atque Reverendissimus Praepositus Patavinus JOANES CLERICATUS; ut quidquid ad ejus laudationem profari molirive decernerem, pro augendo ejus nomine impar omnino, atque frustraneum videatur. Attamen, dum meam recogito erga tantum Virum, eum viveret, observantiam, atque insimul ejusdem in me singularem benevolentiam, nec non quoddam olim tam conspicui Auctoris Opera, paene omnia, meis typis in sui gratiam impresserim; ad qualemcumque ejus nominis gloriam me nonnihil impensurum putavi, si nova saltem Forma, eaque elegantiori, omnia nunc simul ejusdem Opera recidenda susciperem. Quidquid igitur olim novem Voluminibus sub forma, quae vulgo Quarti appellatur, editum in lucem profstabat; Res scilicet Sacramentales, Theologicas, Canonicas, Civiles, atque Morales; omnia haec, inquam, tribus modo Tomis in folio exhibentur: postremi quorum in calce iis additis, quae alias disjunctim impressa habebantur. Hanc vero consilii mei executionem eo magis, libentiusque adortum me fateor, quod itidem considerim, aliquid etiam me commodi oblectationisque allaturum Eruditis, ceterisque qui Clericati *Forenses Discordias*, Consulta scilicet de rebus Jurisdictionalibus, Beneficialibus, Regularibus, Testamentariis, Civilibus, ac Criminalibus tribus voluminibus in folio à me editas aut possident, aut sibi sunt comparaturi; eo quod tali pacto Operibus omnibus, quae à Clericato latine sunt tradita, sex juxta voluminibus in Folio uti fruique valebunt. Quo ad reliqua autem ab ipsomet Auctore italice in lucem edita; qualia sunt *Le Spighe raccolte*; idest Erudita adnotationes, ac eruditiones adnotatae in Lectione Sacrarum, profanarumque Historiarum, Sanctorum Sanctarumque vitarum, nec non Librorum in quacumque facultate doctissimorum hominum: *La Prima, Seconda, e Terza Età del Mondo*; scilicet Discursus super Genesim à Mundi Creatione usque ad obitum Joseph Aegypti Proregis: *Le ventiquattro Verità ec.* quas primum latine diffuseque traditas à Juliano Hainovio S. J. ipsemet postea in compendium redegit, aptioresque meditationi reddidit: ac tandem Opusculum quoddam in Sacrarum Virginum in Cenobis degentium solamen elaboratum, italice *Donna Renza, Commedia Moralsissima*: haec omnia pariter ac singula uno digesta volumine in Folio dabuntur. Quin immo cum nuperime à spectabilibus Viris, Mystisque dignissimis Patavinis Adm. RR. Josepho Doctore Corborelli, atque Angelo Doctore Babilini, quorum prior Clericato in humanis apicissimus, ambo vero Clericati honori ampliando intentissimi, alia quaedam Doctissimi Auctoris dono acceperim Manuscripta, Conciones breves, seu potius Moraliū Discursuum succinctas structuras continentia, quibus Auctor ipse in Piorum Congregationibus familiariter utebatur; ex iis alterum constabo volumen, ceteris minime impar; quod spero Verbi Dei praconibus, aliisque hanc sacram Provinciam suscipientibus non modice fore proficuum; cum in eo amplissimus aperiatur Campus, ex quo Conceptus quamplurimos praedicabiles, atque argumenta varia ac solida paene innumera Sacrae Scripturae,

ra,

ra, SS. Patrum, aliorumque gravissimorum Auctorum firmata auctoritate, cuique colligere fas erit. Opus hoc nunc excriptioni curisque secundis subicitur; & cum ab Auctore nullus ordo Sermonibus sit praefixus, nos illis, quem aptiorem judicavimus, Alphabeticum dabimus: interim candidè admonentes, quoddam hoc volumen, sicuti & alterum italice exaratum, ac supra promissum, in publicum non cito dabuntur, sed suo tempore; nam ad praesens Typi nostri aliis Operibus non inferioris momenti obstructi, fati superque defudant. Porro hac editione cum non incongruum reverentiae meae erga Auctorem existimem, quin immo confidam me aliquid quamvis exiguum grati animi in tesseram eidem praebiturum; juris quoque publici facere, omniumque oculis subijcere decrevi aliquot ex paene innumeris Epistolis ipsimet à Viris tum Doctrina, tum Pietate, ac Dignitate celeberrimis inscriptis, quae fortunatae, eo e vivis erepto, inventae, meaque postea in manus feliciter perventae, quanti illi fecerint ejus Opera, cum subinde in lucem prodibant, luculentissime testantur. Has igitur hinc à tergo, Benigne Lector, tibi exhibeo, eoque libentius, quod non cunctis prioribus in Editionibus continebantur. Illas legere non te pigeat, dum ex ipsis optime noveris, quam solido fundamento innixa, quamque merito late sit extensa tanti Auctoris nunquam fati laudandi, ejusque Operum opinio, atque existimatio. Vale.



L'Emi-

L'Eminentiss. Cardinale Gio: Francesco Negroni
Al Sig. Giovanni Chiericato Preposito.

Molto Illustré, e Molto Reverendo Signore.

LA sola raccordanza dell'Eminentissimo Barbarigo di gloriosa memoria, già Vescovo di Padova, mi ravviva la memoria V. S., che tanto gli era addito, e che seco operava a beneficio de' Parochi, e de' Confessori in cotesta grande Diocesi. Non potendomi consolare con l'Eminenza sua, mi sodisfacio con V. S., animandola sempre alle medesime operazioni. Mi dice V. S. ora con sua compitissima de' 30. Giugno d'inviami per il Padre Lancisi il bel frutto delle sue Opere Postume, con gloria non minore algià Eminentissimo suo, che a V. S., che tutto ha raccolto, e, dirò così, inaffiato a pubblico beneficio. Quando mi farà resa la medema sua Opera, farà d'aggradimento, e godimento assieme, se ora ringraziandola anco con anticipazione, ben cordialmente viene abbracciata, salutandola col Cuore.

Di V. S. Il Libro è stato reso, e del favore mille Grazie.
Roma 8. Luglio 1702.

Affezionatiss. per servirla Parzialiss.
G. F. Card. Negrone.

L'Eminentiss. Cardinale Leandro Colloredo
Al Sig. Giovanni Chiericato.

Molto Illustré, e Molto Reverendo Signore.

L'Affetto sì parziale di V. S. verso di me, ed il lungo esercizio della sua Virtù, praticato specialmente in tempo del nostro Sig. Cardinale Barbarigo di venerabile memoria, sopra la decisione de' Casi, mi fa prevedere, che nell'Opera da Lei pubblicata, come mi accenna, averà fatto godere al mio Tribunale, ed anco alla mia persona gli effetti dello stesso amor suo. Comincio però a ringraziarne quanto devo V. S., e molto più a rallegrarmi seco del merito, che si aggiungerà, insieme con una stima particolare appresso il Pubblico; E qui resto augurandole prosperità.

Di V. S.
Roma 9. Luglio 1702.

Per servirla di Cuore
L. Card. Colloredo.

L'Eminentissimo Cardinale M. BARBARIGO
Al Sig. Prevosto Giovanni Chiericato.

Molto Illustré, e Molto Reverendo Signore.

IN occasione della mia venuta ultimamente in Roma, non potrebbe V. S. credere con quanto gusto io abbia dal Padre Maestro Lancisi ricevuta la sua Lettera col Volume assieme dedicatomi delle sue Decisioni Miscellanee, le quali comprendendo materie Ecclesiastiche, e che sono state di profitto non poco a cotesto Clero, non inferiore avrò a sperarlo dallo studio di esse nella mia Diocesi; ma in tanto dichiarandomi a V. S. ben tenuto di tanta finezza di affetto, non mi trattengo oziosamente a ringraziarvela, poichè verso la bontà sua vorrei con animo operativo usare corrispondenze proporzionate, alle quali però si compiacerà Ella farmi ogni adito, non mancando già io di assicurarla della stima, che fo delle Virtù sue, ed ugualmente a quella, che ne faceva la felice memoria del Sig. Cardinale Gregorio Barbarigo, al cui amore verso la Persona sua, anderà il mio semper del pari, per gratitudine ora dovuta a V. S.; E le auguro da Dio ogni bene.

Di V. S.
Roma 5. Gennaio 1704.

Affezionatiss. sempre di tutto Cuore
M. Card. Barbarigo.

L'Emi-

L'Eminentissimo Cardinale F. PAULUCCI
Al Sig. Giovanni Chiericato Preposito.

Molto Illustré, e Molto Reverendo Signore.

E'Stato presentato a Nostro Signore il Libro delle Discordie Forensi sopra i Benefizj, e le Pensioni, composto, e messo in luce da V. S.; e siccome la Santità Sua ha una particolar stima del Talento, e della Dottrina di V. S., così non ha potuto non accoglierlo con distinto gradimento, ed ha perciò voluto, che Io ne renda a Lei questo testimonio con assicurarla nel medesimo tempo, che riguardando Sua Beatitudine coll'adeguata riconoscenza la divozione dimostrata da lei colla Dedica del Libro medesimo, non lascierà di darne a V. S. veri segni nelle aperture di sua convenienza. Io intanto nel significarle questi benigni sentimenti della Santità Sua, le rassegno sempre disposta la mia volontà agl'incontri di suo servizio; e le auguro per fine dal Cielo veri contenti.

D. V. S.
Roma 18. Agosto 1708.

Affezionatiss.
F. Card. Paulucci.

L'Eminentiss. Card. F. Vincenzo Maria Orsini
Arcivescovo di Benevento

Al Sig. D. Antonio Cecchetti. Padova.

Molto Illustré, e Molto Reverendo Signore.

Provo nel mesto, ed infausto ragguglio, che V. S. cortesemente si è compiaciuta darmi della Morte del Sig. Prevosto Chiericato un colpo sì penetrante, e fatale, come se il primo fosse, che io ne sentissi di questa linea.

Veramente una perdita di Uomo sì prode, e sì eccellente nelle Lettere, e che ha dato tanto lustro alla Repubblica Letteraria, non può non esser da tutti universalmente compianta: ed il ricordarci delle sue canute Virtù, e de' suoi Anni meriti; non può di meno, che non ci sovvenga, quanto amara sia una tal mancanza. Io soddisferò, per quanto posso, alle mie obbligazioni, ed in suffragare co' miei freddi Sacrifizj la di lui benedetta Anima, e con far celebrare l'Essequie solenni nella mia Metropolitana.

Intanto rendo abbondanti grazie a V. S. dello avviso portomene, e giacchè si è Ella recato cotal' incomodo, mi valgo della sua cortesia in pregarla a darmi anche notizia per una Lapida memoriale del Defunto, che voglio erigere in attestato delle mie obbligazioni.

I. Di che età sia Quegli morto, ed in che giorno?

II. Se oltre a Libri, da lui dati alla luce, e Catalogati nel Tomo *De Sacrosancto Missae Sacrificio*, e oltre a tre Tomi, che contengono le sei parti delle *Discordie Forensi*, e la *Via Lattea*, e le *Spighe*, e le *Lezioni* sopra tutto il Libro del *Genesi*, ve ne siano altri, e quali?

Con questo rinvcontro attendo anche le aperture di suo servizio, per le quali affettuosamente me le offero.

Di V. S.
Benevento 19. Gennaio 1718.

Affezionatiss. come Fratello
F. Vinc. Maria Card. Arcivescovo, ecc.

Alli